

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De aliis Indulgentiis, & spiritualibus commodis in Bulla contentis. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

cularibus, aut regularibus, qui accepta facultate a suis Ordinariis, vel Prelatis, verbum Dei praedicant in exercitu, aut alia ministeria ecclesiastica, allâve quia opera exercent. Quod prestat possunt absque periculo irregularitatis, & absque fructuum beneficiorum amissione, dummodo ministros idoneos sibi Vicarios constituant, exceptis beneficiacis curam anima-
habentibus: hi enim sine Pontificis licentia beneficia deferere non possunt. Aliis vero Clericis habentibus beneficium, cui annexa est residencia, concedit Bulla, vt possint de licentia Ordinarii bello assistere, & inservire: quia beneficis, & illorum fructibus priuatum: que omnia manifesta sunt, & ponderauit Rodriguez in explicit. Cruciat. §. 5. numer. 1. Subdit deinde Bulla, milites praedicti bello infernaturi obligatos non esse servare ieiunia Ecclesia, aut obligantia ex votis, posseque diebus festis in rebus bellicis occupari. Aliqui hanc exceptionem ieiuniorum ad Religiosos, & Clericos extendunt: sed immensitatem cum Bullâ solùm de militibus loquuntur, ut manifeste constat ex illis verbis: *y los soldados, que en esta guerra estuvieren, se declaro no estan obligados a los ayunos, que por voto, o precepto de la Iglesia lo estuvieren, no estando en la guerra.* Sub nomine autem militum, non videntur Religiosi, & Clerici, ministeria ecclesiastica exercentes, intelligi, præcipue cum ipsa Bulla concedat iis, quos ab obseruatione ieiuniuum eximi, ut possint diebus festis in rebus bellicis occupari: quod Religiosi, Clericis competere non potest.

8. Quartus indulgentia plenaria conceditur omnibus iis, qui de suis bonis elemosynam à Commissario taxatum pro expeditione Bullas erogauerint, quia non leuiter cooperantur ad hostes Ecclesia, & inimicos fidei extirpando. Adiutavit autem Bulla, hanc indulgentiam semel in vita, & semel in morte concedi. Que restrictio non solum competit concurrentibus ad bellum hoc temporali subdito; sed etiam bello personaliter interficiens, vel pugnatores mititibus: quia intra annum nullus potest: nisi semel. Indulgentiam plenariam obtine-re. Nomine mortis, presumpta intelligitur, ut constat ex his, quae diximus tractat de penitentia, alijs que in loco. Et videtur operi probari ex eo, quod statuuntur hanc Indulgentiam per Confessarium applicari debere, qui non realem mortem, sed periculum illius expectare potest: alii si ad obtiendam hanc indulgentiam more cum effectu esset necessaria, inquamque Sacerdos applicare indulgentiam posset. Negre his obstat, quod dictum sit, *semel in morte:* quia intelligendum est semel illo anno in periculo mortis. Quare, si co anno obtempera indulgentia in periculo mortis, in aliud periculum incidis: non poteris tibi alia indulgentia applicari ex vi horum verborum: bene tamen sumptu alia Bulla eodem anno, vel anno sequenti. Et inde sumitur non leue iudicium Indulgentiam applicari non in morte realis; sed in periculo illius: alia frustra tot Bullis idem privilegium concederetur.

P V N C T V M V.

De aliis Indulgentiis, & spiritualibus commodis
in Bulla contentis.

1. Structa Bulla clausula, in qua haec indulgentia, & commoda continentur.
2. Requiritur ad consecrationem Indulgentia quadraginta ieiunium supererogationis.
3. Oratio vocalis debet esse, & supererogationis.
4. Qualiter ieiunium requisiuum communari posit.
5. Quod intelligatur per participationem omnium bonorum.
6. Conceditur amplissima stationum Indulgentia visitantibus quinque Ecclesias, vel altaria.
7. Qualiter hac visitatio facienda sit.
8. Conceduntur Indulgentiae ad stationes Romanas pertinentes.
9. Haec continent indulgentiam plenariam, esto, contradicat Coridab.
10. Satisti contrariis.
11. Semel in die hac Indulgentia potest obtineri.
12. Haec Indulgentia stationum applicari defunctis per modum suffragi possunt.

1. **V**T Indulgencias, allâve spiritualia commoda in Bulla contenta integrè explicemus, placet, reliquo ordine Bulla: etiam clausulam referri, in qua praedicta continentur. Inquit igitur Bulla: *Irenios suos fiducios que non fuerent, ni inhiberent, si contribuyerô, y ayudare de sus bieles, y de mas de la dicha contribucion, ayunare voluntariamente por deuocion en dias que no fuerende precepto, y hicieren oracion, implorando la ayuda de Dios por la victoria contra las infieles, y su gracia por la union, y confederacion de los Principes Christianos.* T. si no pudiere ayunar por algun legitimo impedimento, hicieren otra obra p. a arbitrio de su Confessor de su Cate. Todas quantas veces lo hicieren, durante el dicho año, se les concederâ y relaxâ misericordiosamente quinque

afios, y quinque quarentenas de perdon de las penitencias a ellos impuestas en qualquier manera deudas, que sean participantes de todas las oraciones, limosnas, peregrinaciones, y tam bié de las de Ierusalém, y de las demas buenas obras, que en la universal Iglesia militante, encada uno de sus miembros, se hace.

2. Nomen quadragesima superiori tractat. dixi significare numerum quadraginta dierum ieiunium in pane, & aqua. Unde quindecim quadragesima erunt sexcenti dies Indulgentia. Ad secundam hanc indulgentiam oportet esse ieiunium supererogationis, quod fieri potest etiam in diebus praecipis Quadragesima, & vigilia: si ex aliqua causa infirmatis, laboris, vel artis a praecipto excusat. Exigitur autem ieiunium, & oratio supererogationis: quia ex supererogatione, & liberalitate remissionem peccatorum Pontifex concedit. Quod intelligentem est, si fieri potest: si enim obligatus est ex votu omnibus diebus ieiunare, possit hanc indulgentiam ieiunio ex obligatione obtemperare, ut bene norauit Eman. Rodr. §. 7. Cruciat. ma. 3. non enim deterioris conditionis esse debet, quam alij, qui nulla obligatione intercedente ieiunant: neque credendam est, Ponitiscem velle opus supererogationis in iis, qui nequeant illud præstare.

3. Quoad orationem fundam: in primis debet esse vocalis: quia est ex praecipto Pontificis, quatenus Pastor est Ecclesie visibilis, qui non presumunt orationem purè mentalem praescribere, nisi id exprimat: posset autem eam pro consecratione Indulgentia praescribere: quia praescribit, non sub praecipto, sed sub directione, & conditione ad beneficium indulgentiae concedendum. Secundo, debet esse libera, & supererogationis: quia ita indicatur in Bulla, præterquam quod haec solet esse Pontificis mens, ad opera supererogationis mediis Indulgentiae excitare. Unde, si ex voto, vel praecipto tenaris orationem aliquam fundere pro victoria contra infideles, & Principium Christianorum pacem, debes aliam orationem fundere, si indulgentiam lucrari velis. Quod si solum ad substantiam orationis obligatus sis: non tamen ad illius applicationem, existimat Manuel Rodriguez §. 7. numer. 3. te hanc indulgentiam lucrari posse, si pro victoria contra infideles, & pace Christianorum Principium applies: quia iam ex fine libera est oratio. Orare prolixè non tibi est opus, sed quaque oratione, etiam minima, satisfacies. Neque etiam necessarium est, expressam intentionem haberi imperandi visitorianum contra infideles, & pacem Principium Christianorum: sic enim est, si intentionem horum virtuale habes: ut bene norauit Eman. dicto §. 7. in additionib. n. 3. Villalobos claus. 7. n. 2.

4. Concedit Pontifex potestatem Confessario, vel Parochio, ut possit ieiunum praedictum commutare: quod intelligi debet, quando ita impeditus es ieiunare, ut virtute illius impedimenti a praecipto ieiunij, si adesseris, excusatris: quia alias confiteri non potes legitime impeditus, ut bene aduerteret Villalobos dicta clausula 7. num. 3. hanc communicationem, nec tu, neque alius præter Parochum, vel Confessarium electum, praestare potest: quia nemini alteri hac potestas conceditur: sciendiisque est communatio in aliquod opus pium arbitrio communianus: quod regulari debet spectare opere committendo, & qualitate, ac dilutione perlonia, cui fit communio. Hac ergo indulgentia non semel, sed sapienter intra annum obtineri potest, quoties opus in iunctum praestiteris: quia sic cauetur in Bulla.

5. Quid autem intelligatur per illam participationem omnium bonorum, quae in Ecclesia sunt, superiori tract. explicamus: ibi enim diximus, tria in nostris actibus bonis repetiri. Primum est meritum de condigno gratia, & gloria, de quo Trident. sess. 6. cap. 16. & can. 32. Secundo, vis satisfaciendi Deo pro pena temporali ex peccato remissio debita. Tertium, meritum de congreuo, seu vis impetrandi, sibi, & aliis aliquod bonum spirituale, vel temporale, quod in bonum personae cedat. Meritum de condigno operanti tantum deferunt, & nemini applicari potest: solum enim Christus, ut inquit Trident. sess. 6. cap. 16. tanquam caput in membra, & tanquam viris in palmites, in ipsis iustificatis iugiter virtutem influit, iuxta Paul. ad Rom. 12. numer. 5. At satisfactionem, & sibi, & aliis applicare operans potest, modo utique in gratia existant operans latissimam habeatis, cui applicatur, ut capax illius sit. Meritum vero de congreuo, & impetratio etiam peccatoribus & esse, & applicari potest. Est tamen latum discrimen inter satisfactionem, & impetracionem: quod satisfactio infallibilem habet effectum, si quis applicatur, capax illius existat: effectus vero impetratio, que non tempore effectum fortior: sed, quando Deo placitum est. Deinde triplex inter membra vita Ecclesie reperitur communicatio. Prima generalis, quatenus Deus, intuitu operum alieuius Sancti, alii dona spiritualia quocunque concedit: quia universalis communicatione est in Ecclesia testatur Symbolum Apostolorum, Communionem Sanctorum, et credendam praescribens: & cecinit David Psal. 118. n. 63, dicens: *Participo ego sum omnium timentium te.* Secunda est specialis ex applicatione ipsius operantis: vel, ut aliis placet, etiam sui Superioris, Tertia,

Teria, communicatio sit per applicationem indulgentiarum ex thesauro Ecclesiae satisfactiones Christi & Sanctorum continent. His positis, dicendum est. Per concessionem huius clausulae non applicantur fructus spirituales, & orationes fidelium sumentibus Bullam, quanum ad satisfactionem: quia absque iniuria non potest quis ea satisfactione, qua eget, priuari contra eius voluntatem. Applicantur tamen quantum ad meritum de congruo, & vim imperandi bona spiritualia fidelium sumenti bullam, ex vi cuius applicationis factae per superius Prælatum, scilicet, Romanum Pontificem, orationes, & pia opera fidelium totius Ecclesie, secula alia (speciali operantum applicatione), profuit sumenti Bullam, ut diuina clementia inflectatur ad misericordiam, & erendum eum à peccatis forte in illo existat. Si autem in gratia sit, vt cumulatiora beneficia impendat, quibus in vita spirituali magis, ac magis proferat.

6. Praeter dicta concedit bulla amplissimam stationum indulgentiam omnibus illis, qui singulis diebus stationum almae viris quinque Ecclesiæ vel altaria, seu in eorum defectu quinque vnum altare devote visitauerint, preceque pro victoria contra infideles, & uirione Christianorum Principium fidentibus omnes, & singulas indulgentias stationum intra, & extra muros prædictæ virbis, tam per se, quam per modum suffragij pro defunctis, pro quibus visitauerint, consequantur.

7. Ad cuius declarationem primò adverte, ex defectu

quinque Ecclesiæ, vel altarium sufficere vnum quinque

aut duo bisunt, ut visitate: nec opus est, vt eam visitationem

facie ex uno loco in aliud transferant, sed ex eodem

locu omnes visitationes perfici posint, si ex animo te ad sin-

gula altaria conuertas, sicut neque eft necessarium, ut quinque

Ecclesiæ, in qua solum est vnicum altare ingrediaris:

sed uico ingressu, vel absque illo, si forte ibi reclusus sis,

potes quinque idem altare visitare, si orationem quinque

fundas ex intentione quinam visitationem præstanti, vt no-

tuit Emm. Rodriguez, in addit. ad Crucis. §. 8. num. 7. A Costa qu.

Villalob. clausaf. 8. num. 6. Emm. S. verbo, indulgentia, num. 6.

Bona. dñs. 6. quæf. 1. part. 5. num. 25. Nominis altaris intelligi-

or orationem per episcopum approbatum pro celebrazione Misa. Et quamvis sine quinque Ecclesiæ in loco quas optimè

visitare posies, non teneris, quicquid dicat Emm. §. 8. num. 8.

sed potes quinque altaria in eadem Ecclesiæ visitare: quia bul-

la diffiniunt petre quinque Ecclesiæ, vel altaria, & non ait

Villalob. clausaf. 8. n. 4. Visitatio autem debet esse deuota, &

ex animo formalis; vel virtuali indulgentiam obtinendi, vt

supradict. diximus.

8. Secundò adverte, concedi indulgentias, non qua Ro-

mane singulis diebus; sed, qua ad stationes pertinent, vt

dicit Emm. Rodriguez, §. 8. n. 1. cum Authoro Compend. pri-

uilegi. Minor. tit. indulgentia. Villalob. clausaf. 8. num. 1. ideoque

Commissarius in bulla Hispana solum referit indulgentias,

quæ stationes Romæ pertinent.

9. Sed an haec indulgentias sint plenaria, difficultate non ca-

rebat. Negant Cordub. de indulgent. qu. 3. Casarub. in Compend.

privilegi. Minor. titul. indulgentia stationum. Mouentur:

qua bulla non exprimit indulgentiam plenariam, quæ vide-

batur necessariò exprimenda, vt conferetur concessa, tum ob

regulari. Cancellaria statuens sub nomine indulgentia plena-

riam non comprehendendi, nisi illius fiat expressa mentio; tum

qua indulgentia concessio non latè, sed strictè videtur inter-

pretanda. Deinde, si singulis diebus stationum plenaria in-

dulegentiam visitantibus quinque Ecclesiæ, vel quinque alta-

ria Pontificis concedit, vt quid semel tantum in vita, & in mor-

te indulgentiam plenariam impetravit.

Ceterum omnino tenendum est, indulgentiam plenariam

suum concedi. Nam certo, stationes virbis fuerint à Gregorio

Magno cum septem annis indulgentia pro singulis diebus in-

stituta, vt bene norauit D. Thom. in 4. qn. 20. art. 3. & in addit.

q. 5. art. 2. Turectem. cap. Mansura de penit. distinc. 1.

polmodum tamē illi indulgentia accesserunt omnes illæ,

qua septem Ecclesiæ Romæ præcipuis, nempe, Lateranensi

S. Petri, S. Pauli, S. Mariae maioris, S. Laurentij extra muros, SS.

Hibiani, & Sebatianni extra muros, S. Crucis in Hierusalem,

codem die concessæ sunt, quibus omnibus innumerabilibus in-

dulegentia conceduntur, vt probat Emm. Rodriguez. §. 8. num. 4.

& s. & specialiter indulgentia plenaria est concessa quoli-

die visitantibus Ecclesiæ Lateranensem. Vnde Pontifex

concedens indulgentias visitantibus quinque Ecclesiæ, vel al-

taria, que conceduntur illis, qui personaliter stationes Roma-

nas præstant, exprefse, & sati manifeste indulgentiam plena-

riam concedit, & ita Commissarius absque vla dubitatione

in fine bullæ affirmat, sciente Pontifice, & permittente inde ap-

probante, & confirmando, vt patet ex litteris Gregorij XIII.

dati, 15. iulij, anno 1573, in quibus ultima clausula, post

quam Commissario concedit, vt illud originale possit in lin-

guam Hispanam transcribere, additis etiam nominacim pro-

longularum notitia diebus stationum torius anni, intra &

extra muros huius almæ virbis.

10. Neque obstant contraria: non primura, quia satis Pon-

tifex indulgentiam plenariam expressit, exprimens se conce-
dere, quæ conceduntur, Romanas stationes visitantibus, sicut
ipse Author Compendij verbo, *Indulgenter stationum quoad
Frates, &c. 1. aliæ 15. & habetur in Supplement. fol. 60.* fateut
Minoribus concedendi indulgentiam plenariam recitantibus
sex *Pater noster, & sex Ave Maria, cum Gloria Patri, &c.* eo
foliū quod Leo X. concesserit id præstantibus posse consequi
indulgentias stationum Rome, Hierusalem, & S. Iacobii. Ne-
que verum est, hanc indulgentiam concessionem strictè inter-
pretandam esse, cum in carum relatione Pontifex signo uni-
versalissimo utatur, *omnes, & singulas.* Preterquam quod secun-
dum Innocentio Ioan. Andream, & Glosam in Clement., *unic. de
Relig. & vener. Sanctor. verbo, Concessio.* non decet indulgen-
tias auare interpretari, quibus concordat Sylvestr. verbo, *indul-
gent. quæ. 6. ditta 3. & quæ. 8. ditta 4. Angel. in principio.* Non
obstat secundum: quia esto specialiter illæ duas indulgentias
plenariae concedantur, non inde interfert, alias concedi non
posse sub generali ratione.

11. Hanc indulgentiam plenariam semel tantum in die ob-
tinere potes: nam est verum sit, indulgentiam indefinite
concessam abesse vila temporis determinatione obtemperari pos-
se totus, quocies prudenter, & devote opus in iunctum præsta-
tur, vt diximus *superior. tract.* fecit tamen quæ temporis de-
terminatione habet vnius diei, vt est praesens, quæ computa-
tur, ut inquit Mandatul de indulgentia, fol. 69. a primis ve-
sperris usque ad occasum diei sequentis: quia ea determinatio
temporis ita brevis tacitè indicat intentionem esse Pontificis,
vt semel tantum obtemperari, vt bene norauit. *Suar. de indul-
gent. dñs. 57. seq. 1. in fine.* & nos diximus *superior. tract.* Quare
cam indulgentiam, quæ Romanæ stationibus correspont, obtem-
perabis vltius quinque Ecclesiæ, vel altaria qualibet hora
diei, seu noctis, semel tantum, & non pluries, quicquid dicar
Emman. Rodriguez. §. 8. n. 15. Villalob. clausaf. 8. n. 8.

12. Tertio adverte, has indulgentias stationum te applicare posse per modum suffragij defuncti, que est specialis
gratia, & favor. Qualiter autem haec applicatio fiat, & an habeat effectum in infallibilem, & qualiter distinguatur ab applica-
tione indulgentia viuis fidelibus concessa, *superiori tractat.*
explicatum est.

PUNCTVM VI.

De priuilegiis tempore interdicti concessis.

1. Statuitur clausula concessionis Hispana, & Latina.
2. Conceditur facilius Oratorium habendi approbato loco ab Ordinario.
3. Explicatur predictum priuilegium.
4. Conceditur sumenti bullam in predicto loco celebrare, vel celebrari facere, etiam tempore interdicti.
5. Conceditur, ut diuinæ assistere possit in dicto Oratorio, & in Ecclesiæ specialiter non interdicti.
6. Item, ut eis familiares, domestici, & consanguinei assistere diuinis possint.
7. Qui nomine familiarium, & domesticorum intelligentur.
8. Qui sub consanguineis.
9. Predicti etiam, absente domino, possunt diuinis assistere.
10. Ex licentia Commissarij potest celebrari, vel celebrare fa-
cere per horam, antequam eluceat, vel per horam pos-
se meridiem.
11. Item potest sumere Eucharistiam, aliaque Sacraenta tem-
pore interdicti.
12. Præmittuntur aliqua pro predicti priuilegiy declara-
tione.
13. Statuitur priuilegium.
14. Negant plures, te virtute huius priuilegiy recipere posse
Eucharistiam a simplici sacerdotio.
15. Veritas est oppositum.
16. Satis est contraria.
17. Ut predicta priuilegia proficiere requiritur, ne causam interdi-
cti dederit. Deinde, ut specialiter orationem fundat, si Or-
atorio vltius fuerit.
18. Habent bullam conceditur, ut tempore interdicti sepeliri
possit cum moderata pompa.
19. Quid nomine moderate pompe intelligatur.
20. Predicta priuilegia non habent locum tempore cessationis.

1. **B**illa Hispanica sic inquit: Item, concede si Samidad à
Bodos los suyos dichos, y a los que no fueren, ni inbia-
ren, si sus bienes liberalmente contribuyeren, y ayudaran
para esta Santa obra con la limosna infra escrita, que durante
el dicho año, que corre desde el dia de la publicacion deha Bu-
lla en cada lugar, puedan gozar, y gozen de todas las gracias, y
facultades concedidas en esta bula, conviene a saber que puedan
en tiempo de entredicho, apostolico, o ordinario, oyr Missa en las
Eglises, o Monasterios, o en Oratorio particular señalado, o
vistado